


S. D. P. Præcæsum nobis fecisti, optime Blaurore, quod
 impetivimus florenos viginti mihi Nathanaëlis Burozi tutori nro,
 mercari fecisti, simulq; spem dedisti de totidem restantibus etiam
 brevi numerandis: recte res filij id expectarunt. Equidem, ut
 uerum fatear, hac rra tutoria liberari cuperem, ut quæ meo
 ministerio parum conuenit, redum impedimentum affert:
 uerum haud uideo, quomodo id impetrare à magistratû possi-
 sum, cum filius simplicior, nōdicitur stupidiore sit, quam ut ipse
 rebus suis pro necessitate ruti patrimonij possit commode p[ro]spici-
 re, utrinq; iam plusquam annum sit coniunx. Quanta ego p[ro]pessus
 sim in hac tutela, nouit pupillozum adiutor Deus, nouerunt
 etiam p[ri]marij huius reipub. uirj: Certè nunc demum intelligere
 mihi uideor illud prouerbium, Du Errest In wort nit, Dann
 Du Erri erb nit Im grefelot fast. Atqui cum Burozo uirō dei
 nro debere multum agnoscam, & iusta ratio defungendi hu-
 cura se uirum offreat, pergendum est qua re pi, idq; fide & di-
 ligentia summa. Tu pro æquitate & rerum experientia qua pol-
 les, haud agere foreo, si illius omnia procurata bene cupiam.
 Apotham alteram puto te iam accepisse, alteram à solutione et-
 addam. Quomodo ego cum uxore & filio habeamus, tu
 compator meus chariss. abunde commemorare poterit. Recte se
 tu facis, quod utrinq; filium tandem ad te uoras: sus enim
 quod in sportus parentum ~~est~~ desideratus, diu peregre manebit
 filijs, soleat esse exoptatissimus atq; dulcissimus. Et recte satis lon-
 gum tempus peregrinationis ipsorum iam effluxit. De utriusq;
 profectu tam in pietate, quam in bonis literis, arbitror te bene
 contentum fore, ubi primum eius fueris. Tu si quæ alia nostra
 cognoscere uoles, habebis qui multa commemorare possint: quæ
 iam dicitis nihil est quod adiungendum uideatur, nisi quod tua
 humanitatem, uxorem & liberos in Domino bene ualere, ego &
 uxor mea p[ro]optamus. Argentorati penultima April. 1554

T. H. addictissimus
 Conradus Hubretus.



Clarissimo atq; inte-
gerimo vi Dno
Thomæ Blaurero, pa-
trono & amico suo lon-
ge charissimo.

H. Faberius

12 Maij

1557

per Albricus

Christophorus

